



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche
Haus-Angelegenheiten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

3. Eidliche Versicherung des Markgrafen Otto von Brandenburg und des
Grafen Albert über die von ihnen an das Erzstift Magdeburg
vorgenommene Uebergabe, vom Jahre 1196.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56597](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56597)

3. Eidliche Versicherung des Markgrafen Otto von Brandenburg und des Grafen Albert über die von ihnen an das Erzstift Magdeburg vorgenommene Uebergabe, vom Jahre 1196.

Ego Otto, Brandenburgensis marchio, data fide promitto et iuramento confirmo, quod donationem prediorum meorum, que ecclesie Magdeburgensi tradidi, ratam tenebo, et in omni iurisdictione et foro seculari, ubi necesse fuerit, eandem donationem secundum quod ius fuerit, stabiliam et legitime confirmabo, et de ipsis bonis ecclesiam Magdeburgensem contra omnes, qui eam super his impetiverint, secundum iustitiam warent habo, bona fide, sine fraude, pro iure ecclesie staturus, sic me Deus adiuuet et sancti eius.

Ego Albertus comes, data fide promitto et iuramento confirmo, quod donationem prediorum, et fratris mei, que ecclesie Magdeburgensi tradidimus, ratam tenebo etc. ut supra.

Buchholz Geschichte der Churm. Thl. IV. Urk.-Anh. S. 38. Ludwig's Reliqu. XI. 599. Beysen Magazin II, 91 und Besmann's Beichr. V, I, 23.

4. Kaiser Heinrich VI. bestätigt die von dem Markgrafen Otto und seinem Bruder geschehene Uebertragung ihrer Erbgüter an das Erzstift Magdeburg, am 9. Juli 1197.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Henricus, diuina fauente clementia Romanorum imperator semper Augustus et rex Sicilie. Votis, que ad nostre maiestatis audientiam porrecta fuerint, eo libentius imperialis magnificentie impertimur honorem, quo in sanctarum ecclesiarum utilitatibus adicitur, nec tamen rationi seu iuris ordini aliquatenus obuiatur. Ea propter uniuersitati presentium et futurorum noticie declaramus, quod dilecti nostri viri nobiles, Otto, Brandenburgensis marchio, et comes Albertus, frater eius, ad profectum salutis animarum suarum predia sua quecumque in ducatu Tranfalbino, seu Marchia Brandenburgensi et in omnibus comitatibus ad ipsam marchiam pertinentibus, nec non et in comitatibus Theodorici illustris de Somerschenburg et nobilis uiris Ottonis de Falkenstein comitum habuerunt, uterque de alterius compromisso et consensu mutuo sanctissimo martyri Mauritio et Magdeburgensi ecclesie, et uenerabili Ludolfo, eius archiepiscopo, contulerunt, sicut litere ipsorum ad nostram presentiam directe manifestius expresserunt. Iurauerunt etiam fratres predicti, bonorum eorundem traditionem per ipsos factam ratam tenere, et Magdeburgensem ecclesiam de his bona fide sine dolo ad iustitiam warentare. Petiuerunt quoque iidem fratres a nostra cellitudine bona eadem Magdeburgensi ecclesie, maiestatis nostre priuilegio confirmari. Nos igitur predictorum marchionis et